

Band IV., Nr. N79, Seite 381-383

Papst Cölestin III. nimmt das Kloster Odenheim in seinen Schutz, bestätigt dessen Güterbesitz insbesondere an genannten Orten und erteilt ihm verschiedene Begünstigungen.

Ohne Ortsangabe, 1191. April 20.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Sigefrido abbati Otenheimensi eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quotiens postulatur a nobis quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et iuxta petentium voluntatem consentaneam rationi effectu prosequente complere. Ea propter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum Otenhemense^a monasterium, quod ad ius et proprietatem beati Petri pertinere dinoscitur, ad exemplar felicitis recordationis^b Pascalis pape predecessoris nostri sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam in Otenheim cum pertinentiis suis, predia que bone memorie Brunus quondam Treuerensis archiepiscopus et frater eius Popo eidem monasterio concesserunt, videlicet Tiephenbach, Husen¹, Westehim et Popenwilare cum pertinentiis suis. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationem altarium seu basilicarum, abbatis benedictionem, monachorum ordinationes, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et

^aDer Schluss des Worts ist korrigiert; es scheint *emem* mit Abkürzungszeichen über dem zweiten *m* geschrieben gewesen zu sein, worauf der erste Strich desselben mit gleicher Tinte in ein *e* verwandelt wurde.

^bVerschrieben *redordationis*.

¹Mit Rücksicht auf Urkunde Nr. 277, WUB, Bd. I, S. 350-352 vielleicht als Massenbachhausen zu deuten, doch ist auch schon an Landshausen oder Aglasterhausen gedacht worden (vgl. Nr. 375, WUB, Bd. II, S. 136 und Württembergisch-Franken 7, S. 469).

II

ea vobis gratis et sine pravitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum quem malueritis adire antistitem, qui nostra fretus auctoritate quod postulatur impendat. Ad indicium autem huius percepte a sede apostolica libertatis aureum unum singulis annis nobis nostrisque successoribus persolvete. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare vel eius possessiones auferre, ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(*Rundzeichen*^c.) (*Monogramm für Bene Valete.*) Ego Celestinus, catholice ecclesie episcopus, subscripsi.

Ego Octavianus, Hostiensis episcopus, subscripsi.

Ego Albinus, Albanensis episcopus et cardinalis, subscripsi.

Ego Iohannes, Prenestinus episcopus et cardinalis, subscripsi.

Ego VVido, presbyter cardinalis sanctę Marie trans Tyberim, subscripsi.

Ego Egidius, cardinalis diaconus sancti Nicolai in carcere, subscripsi.

Data Laterani, anno dominice incarnationis M. CLXXXX. I., pontificatus nostri anno I^o., XII. kalendas Maii, per manus Moysi vicecancellarii.

Nach dem angeblichen Original im GLA Karlsruhe.

An rot-gelber Seidenschnur hängt die Bleibulle mit den bekannten Köpfen usw. auf der einen, und CELESTINVS. *PP*. III. auf der anderen Seite.

Die Urkunde ist übrigens, wie JULIUS VON PFLUGK-HARTTUNG (HRSG.): *Acta pontificum Romanorum inedita*, 3 Bde., Tübingen [und Stuttgart] 1881-86, Bd. 1, S. 353, unter Abdruck derselben nachweist, gefälscht. Es zeigen dies ganz besonders die Unterfertigungen: die päpstliche Unterschrift steht hinter statt vor dem Monogramm; das letztere ist ganz unkanzleimäßig, vor dem Grundbuchstaben (N) steht noch ein Schaft von gleicher Höhe und Dicke, in der Mitte mit einem S versehen, vielleicht erwachsen

^cIn gewöhnlicher Form mit dem Denkspruch *Ecce oculi domini super iustos*.

III

aus dem missverstandenen päpstlichen *subscripsi*, ein B am ersten Schaft des N fehlt, statt dessen zeigt sich ein T-Balken gesetzt usw. Die Umschrift des Rundzeichens ist nicht diejenige des Papsts Cölestin III., sondern, abgesehen von dem ersten Worte *ecce* diejenige des Papsts Honorius II. (1124–1130). Die drei Bischöfe stehen nicht in einer Reihe unter, sondern auf einer Zeile nebeneinander, bei *Albinus* und *Iohannes* ist ein *et cardinalis* eingeschoben, bei *VVido* fehlt *tituli Calixti*, bei *Egidius Tulliano*. Vor dem Data (sic) befindet sich ein Schwung, einem Paragraphenzeichen ähnlich; die Datierung ist in der Aufeinanderfolge ihrer Teile ganz unkanzleimäßig. Dass auch der Kontext nicht ursprünglich ist, zeigt die mangelhafte Durchführung einzelner Formeln, wie z. B. *crisma vero etc.* Selbst was den Inhalt betrifft, entsprechen manche dieser Formeln besser denjenigen, welche in der ersten Hälfte des zwölften Jahrhunderts üblich waren, während andere, unter Cölestin fast regelmäßig angewandte, fehlen. Hieraus in Verbindung mit der Umschrift des Rundzeichens dürfte sich der Schluss ergeben, dass der Nachbildner eine Urkunde des Papsts Honorius II. mit einer Cölestins III. zusammengearbeitet hat.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

B 47

Überlieferung und Textkritik:

Fälschung

Regesten:

PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 +16678. Germania pontificia, Bd. 3, S. 132, Nr. 4.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Aglasterhausen Wohnplatz (5965)
 Aglasterhausen, MOS
 Alba, Piemont, Italien
 Landshausen Wohnplatz (5514)
 Landshausen, Kraichtal, KA
 Massenbachhausen Wohnplatz (2077)
 Massenbachhausen, HN
 Neckarwestheim Wohnplatz (2114)
 Neckarwestheim, HN
 Odenheim Wohnplatz (5432)
 Odenheim, Östringen, KA
 Ostia, Latium, Italien
 Palestrina, Latium, Italien
 Poppenweiler Wohnplatz (1031)
 Poppenweiler, Ludwigsburg, LB
 Rom, Latium, Italien
 Tiefenbach Wohnplatz (5438)
 Tiefenbach, Östringen, KA
 Trier, TR